



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

7 De quarta quadragesima, Deiparae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

σι μὲν ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, πρῶτον μὲν ἡμεῖς ἕνεκα τῆς Χριστοῦ
 δεύτερον δὲ, διὰ τὸ νηστεύσαι τὸν Μωυσὴν τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ
 τότε κατηξιώθη λαλήσαι μὲν τῷ Θεῷ, καὶ πλάκας λαβεῖν, πρὸς τῷ-
 πωσιν ἡμῶν. ἐκεῖ μὲν ὁ Μωυσῆς ἐνήστευσε τεσσαράκοντα ἡμέρας λαλή-
 σαι τῷ Θεῷ, καὶ πλάκας λαβεῖν. ἡμεῖς δὲ ὡδε νηστεύομεν πρῶτας
 ἡμέρας, ἵνα Χριστὸν, γεννηθέντα διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν ἀπαντήσω-
 μεν, ὡς οἱ μάγοι μὲν δώρων, καὶ ὡς οἱ ποιμένες ἐλάλησαν μετ' ἀγ-
 γέλων, καὶ ἑβραίων ἀγγέλων ἠξιώθησαν εἶδέν καὶ Χριστὸν προσκυ-
 νῆσαι, ἡμεῖς ὅτι ἐξομολογούμενοι τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν, καὶ νηστεύοιτες,
 καὶ δευλαρογόμενοι τὸ σῶμα, Χριστῷ προσκυνήσωμεν.

Κ Ε Φ Α Λ . 5 .

Περὶ τῆς τρίτης τεσσαρακοστῆς Πέτρος καὶ Παῦλος.

Ἡ τρίτη καλεῖται τῶν ἀγίων ἀποστόλων Πέτρος καὶ Παῦλος. ἄρχεται
 ὅτι αὐτὴ ἡ τεσσαρακοστὴ μὲν τὴν πεντηκοστὴν μίαν ἐβδομάδα, καὶ
 κρατεῖ ἕως τῆς εἰκοσθῆς ἑννέα ἡμερῶν τῆς Ἰαννουαρίου μηνός, τρίτην, ἕως τῆς
 ἑορτῆς τοῦ Πέτρος καὶ Παύλου.

Κ Ε Φ Α Λ . 6 .

Περὶ τῆς τετάρτης τεσσαρακοστῆς τῆς θεο-
 μήτορος.

Ἡ ὅτι τετάρτη νηστεία ἀρχεται ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας τοῦ Σεβαστοῦ,
 καὶ κρατεῖ ἕως τῆς δεκάτης τετάρτης ἡμέρας τῆς αὐτοῦ μηνός Σεβαστοῦ.
 ἐπὶ τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἄγεται μεγάλην ἑορτὴν τῆς θεο-
 μήτορος, διότι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἡ θεομήτορ μετέστη ἀπὸ τῶν φθαρ-
 τῶν εἰς τὰ ἀφθάρτα, καὶ ἐπαυρῆθη πρὸς τὸν υἱὸν καὶ Θεὸν αὐτῆς, καὶ
 ἡμῶν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ Θεὸν ἡμῶν. Ἀμήν. Καὶ εἰς τιμὴν αὐτῆς
 νηστεύουσι δεκατέσσαρας ἡμέρας.

Κ Ε -

Jejunant autem his diebus, primò Christum hoc modo honore aliquo affiendi & venerandi gratiâ; secundò, quia Moses quadraginta diebus jejunus perduravit, & his finitis dignus habitus est, qui ad colloquium cum Deo sociandum admitteretur, & tabulas acciperet; exemplo eopse nobis ad imitandum proposito. Et tum quidem ideò Moses per quadraginta dies à cibo abstinuit, ut cum Deo loqui & tabulas de manu Dei accipere posset. Nos verò hoc tempore ideò cibo potuque vacui tot dies transigimus, ut, Christo propter peccata nostra in vitam hanc edito, ad exemplum magorum suis cum donis venientium ita occuramus, & (quemadmodum pastoribus cum angelis sermonem habere, numerosi eorundem exercitus contemplatione gaudere, Christumque ipsum adorare datum est; sic & nos effusis per confessionem peccatis nostris jejunando, corpusque nostrum domantes, Christo jejuni advolvamur.

CAPUT VI.
D E

Tertia quadragesima Petri & Pauli.

Tertia quadragesima est divorum Apostolorum Petri & Pauli, quæ primâ post festum Pentecostes septimanâ initium, finem verò die vigesimâ nonâ Junii, hoc est, in festo Petri & Pauli sortitur.

CAPUT VII.
D E

Quarta quadragesima circa festum Dei
paræ.

Quartum jejunium exordium sumit primâ die mensis Augusti, duratque ad decimum quartum ejusdem mensis. Die enim, quæ hanc excipit, decimâ quintâ solenne & magnum Deiparæ festum celebratur, eò quod die eopse Deipara à terrenis ad cœlestia, à corruptilibus ad incorruptibilia translata, ad filium & Deum suum, uti & Dominum & Deum nostrum Jesum Christum commigravit. Amen. Et in honorem hujus matris dies quatuordecim jejunium servamus.

D

CA